



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 128. Quid circa hanc votorum commutationem sit præterea notandum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

"in voto peregrinationis habenda est ratio
 "non tantum laboris, sed etiam expensarum,
 "quas fecisset. *Suar. Lesf. num. 108. Vid. Bonac. §. 1.*
 "V. Si is, cuius votum mutatum est, malit
 "deinde implere primum, id potest: tum quia id est
 "melius, vel æquale, tum quia in ejus favorem
 "factum est, cum tacita conditione, si ei placuerit
 "Lesf. num. III. *Sa, Fill. num. 289.*
 "VI. Si voti legitime à Superiore commutato
 "materia, sive opus fiat impossibile, vel indiffe-
 "rens, non tenetur redire ad prius, quia obligatio
 "extincta est, *vid. Laym. Bonac. ll. cc.*

A D D E N D A.

607 Q. 128. *Quid circa hanc Votorum commutationem
 sit præterea notandum.* R. Seqq. §. 1. Probabile est
 commutationem fieri posse extra Confessionem,
 ita *Suar. Sanch. Henriq. Bonac. Laym. Castrop. Dian.
 Gobat cum Belleg. de Jubilæo P. 3. Sect. 12. q. 1.*
 contra *Rodriq. Bejam, Sayr & alios*; quia nullibi
 præscribitur, ut in Confessione fiat: Addunt *Dian.
 & alii cum Sanch. L. 4. c. 54. n. 17.* etiam fieri posse
 ab eo, qui Confessiones meas ordinarias
 non audit, si tantum sit aptus audire, licet enim
 hoc spectet ad forum conscientiae, non ideo spectat
 ad forum Pœnitentiae: *Nec obstat*, quod forte
 in Bulla Concessionis addatur, *Confessionibus auditis
 valeat absolvere à peccatis & commutare vota
 nam tò auditis confessionibus, refertur ad absolu-
 tionem à peccatis, quæ immediatè sequitur, hinc
 commutatio voti fieri potest etiam cum absente,
 Tamb. Belleg. supra.*

608 §. 2. Potest commutans dicere, commuto in hoc
 quod postea designabo, *Sanch. n. 31. Rodriq. Vivaldi.
 Sayr. Dian. Gob. Alloz. Belleg. q. 6:* Imò & dicere
 potest, commuto in illud, in quod vir ille doctus
 quamvis

quamvis laicus, censuerit commutandum, *Sanch. Lesf. Laym. Gob. aliique cum Belleg. supra*; tuncque obligatio est translata in illud aliud; nec peccas agendo contra materiam priorem, *Sanch. Lesf. Trull. Castrop. Gob. Belleg. supra cum Dian. P. I. T. II. R. 52.* contra *Rodriq*; debet tamen illa dilatio substitutionis esse rationabilis ac bonâ fide fieri; & ita potest differri commutatio ultra tempus, v.g. Jubilæi, *Suar. Sanch. Castrop. aliique cum Belleg. supra*; quod verum est, etiam si Pœnitens in genere tantum petierit commutationem votorum, & nullum in specie explicaverit, v.g. quia jam non meminerat aut Confessarius impediatur, quò minus jam commutaret, *Suar. Sanch. Castrop. Gob. Belleg.*, quibus rectè addunt requiri, ut Pœnitens in hoc casu lucretur Jubilæum, alioquin non acquireret Jus ad commutationem.

§. 3. Si Pœnitens sciat se vovisse, sed nesciat quid, *509* potest Confessarius adhibere prudens arbitrium, & secundum rem probabiliter præsumptam ac circumstantias commutare in certam materiam, *Suar. Sanch. Trull. Belleg. supra*.

§. 4. Potest etiam commutari votum pœnale, *510* uti quando vovisti dare eleemosynam, si mentireris, *Suar. Sanch. Lesf. Mald. Fill. Dian. & alii cum Belleg. q. 7.*

§. 5. Votum unum reservatum nequit commutari in aliud nè reservatū quidem, præterquam in ingressum Religionis, uti notant omnes cum *Ills. num. 149*, quia cum contineant res arduas, Ecclesia negando potestatem relaxationis voluit injicere prudentem horrorem Fidelibus, ne leviter vel temerè emitterent; potest tamen votum reservatum differri ex justa causa, & tantisper aliquid aliud injungi, uti cum communi *Sanchez.* Similiter

commutari possunt circumstantiæ voti reservati
ut dicitur num. 550.

- §12 §. 6. Dilatio Jejunii voto promissi potest
modicâ commutatione suppleri, & præscindendâ
ab aliqua peculiari circumstantia, inquit *Tambur.*
L. 3. c. 16. §. 6. num. 6. facile eam concederem fieri
in aliam diem sine supplemento, quia sic parum
aut nihil decedit de cultu divino.
- §13 §. 7. Vota etiam jurata commutari possunt
secundum dicta num. 355; docentque Authores
ibi citati & alii cum *Belleg. q. 1.* & nemo dubitat
quin Episcopus possit dispensare in votis juratis
inquit *Lefs. in Auct. v. Votum. Cas. 3.* si nempe non fiat
in præjudicium tertii, ut dicitur à n. 532.
- §14 §. 8. Possunt etiam commutari promissiones
factæ Sanctis, quia veniunt nomine voti, licet re ipsa
vota non sint, *Gob. Belleg. supra.*
- §15 §. 9. Omnia vota in læculo vel Novitiatu emissæ
possunt à vovente vel Superiore commutari
in Vota Professionis Religiosæ; item in vota
simplicia Societatis JESU, nam etiam hæc ultima
irritant Matrimonium, & absolute sunt
de meliori bono: Si quis tamen cum culpa dimittitur
à Societate, priora vota reviviscunt,
non autem si sine culpa, nam implet conditionem,
& perseverat, quantum in se est, *Tambur. §. 3. num. 4.*
Quod si priora vota non sint à te vel à Superiore
commutata, etiam si sine causa dimittaris, reviviscunt,
quia per simplicia vota tantum suspenduntur,
& per solam Professionem extinguuntur,
Tambur. num. 8. Vide Dianam P. 3. T. 2. R. 71.
- §16 §. 10. Factâ per legitimam Jurisdictionem
commutatione extinguuntur prius vota, hinc
si materia subrogata fiat inutilis vel impossibilis,
etiam ex culpa voventis, non tenetur redire
ad

ad prius votum : Et probabilius est idem valere etiam in votis sæculi commutatis vi Professionis religiosæ, si quis in sæculum, attamen sine culpa sua, ex dispensatione Papæ rediret, *Tambur. §. 7. num. 1* : Licet autem sic extinguatur prius votum, tamen ex benigno & interpretativo consensu Ecclesiæ poteris, si velis, ad illud redire, loco materiæ subrogatæ, commutatio enim videtur facta in favorem tuum, ut materiæ subrogatam expleas, si nolis priorem, *Less. Laym. Sporer c. 3. n. 135*, quamvis *Suar. Sanct. & alii cum Diana in Comp. v. Votum. n. 55.* negent te posse ad priorem materiæ redire, si materia subrogata fuerit melior, quia putant commutationem esse factam in favorem Dei, qui accepit; sed hanc limitationem non admittunt alii: notat tamen rectè *Tambur. num. 6*, quod per commutationem propriâ autoritate factam non transferatur vinculum ad rem subrogatam, ideoque teneris redire ad priorem materiæ, si hæc subrogata reddatur inutilis vel impossibilis. *Ex dictis solvuntur hi casus,*

Titius voto peregrinationis Romanæ obstrictus ⁵¹⁷ ingreditur Statum Religiosum, & in Novitiatu vover, si in illa Religione non permaneat, se aliam ingresurum: proficitur deinde, sed post aliquot annos ob delicta ex Religione expellitur: In hoc casu, *Vivald.* putat teneri Romam proficisci, quia in commutationibus, quæ à Jure fiunt, videtur subintelligi illa conditio, *si in materia permutata permanseris*: Oppositum tenet *Sanchez*, quia nobilior commutatio plus extinguit voti prioris obligationem, quàm ignobilior, sed commutatio, quæ à Jure fit per professionem religiosam, est nobilior aliis commutationibus, quæ ab homine fiunt, ergo voti prioris obligationem

plius extinguit, & consequenter hoc non reviviscit.
 Quoad alteram partem, *Less.* putat Titium tunc
 ingredi aliam Religionem, quia votum hoc non
 ingrediendi aliam Religionem, si in hac non per-
 veret, non est commutatum per professionem re-
 giosam, cum assumptum fuerit sub conditio-
 cesationis Professionis religiosæ: Oppositum tenet
Castrop: quia non est major ratio de voto ingred-
 endi aliam Religionem, quam de quovis alio voto
 ergo illud similiter extinguetur per primam
 professionem: Sententiæ hæ sunt probabiliores
 sententiæ tamen *Sanchez* & *Lessii* videntur confu-
 miores dictis.

518 Cajus obstrictus voto Religionis obtinet dispen-
 sationem contrahendi Matrimonium cum *Caja*
 sub onere commutationis in Sabbathinum Je-
 junium: *Caja* moritur secundo anno. In hoc casu
Sanch. putat Cajum teneri ad utramque materiam
 exequendam, nam primi voti obligatio redit
 in qua videtur dispensatum esse tantum pro tem-
 pore Matrimonii cum *Caja*; materiæ autem
 secundæ obligationem putat colligi ex modo
 scribendi Pontificis, quo denotatur perpetua
 materiæ permutatæ: è contrà *Castrop.* dans redit
 prioris voti obligationem, probabilius negat
 manere obligationem secundæ, quia generalis regula
 est, voto principali redeunte cessare subrogatum
 quòd si absolute dispensatum est ad ineundum
 Matrimonium sub onere Sabbathini Jejunii, vide-
 tur liber Voto Religionis, licet maneat viduus aut
 iterum ducat aliam, semper tamen observandum
 Sabbathinum Jejunium. Vide dicenda num. 564.

519 §. II. Possunt vota semel commutata iterum
 commutari in aliquid aliud, *Chap.*

§. 12. Rectè notant Authores, communiter, quantum fieri potest, commutationem esse faciendam in rem, quæ serviat ad finem voti; sæpe tamen expedit commutare in opera, quæ vovens solet ex devotione facere, si periculum sit transgressionis, quia illa alacrius peraget, sed non potest fieri in opera, ad quæ aliunde ex gravi obligatione tenetur, *Lesf. Gob. Allez. Belleg. q. 6*; potest autem dari optio Pœnitenti, ut ex pluribus propositis hoc vel illud faciat loco sui voti; item ut jam hoc jam illud, hoc vel illo die, *Gob. Belleg. supra*.

§. 13. In commutatione non est spectanda præcisè 521 excellentior virtus, in quam commutetur, sed quod hîc & nunc est melius voventi, sic si ad domandam carnem voverit flagellationem, melius erit commutare in Jejunium quàm Orationem, *Tamb. §. 6. n. 3. addens n. 5.* non esse tamen opus, ut votum personale in actionem personalem, aut reale in realem mutetur, quamvis consultius sit sic fieri: Et est communis cum *Lay. Lohner*, qui etiam cum *Vasq. Cen. Dicast.* notant fieri posse in opera à vovente fieri solita, uti antè dictum est.

§. 14. Si commutatio fiat ex causa rationabili, 522 fieri potest in æquè bonum; si autem fiat sine causa ex mero beneplacito, fieri debet in melius; *S. Thom. Cajetan. Beja P. 3. Cas. 28*: Et universaliter loquendo, videtur probabilius cum *Sanch. c. 49. n. 12. Ills. n. 150.* aliisque plurimis contra multos apud *Castrop. D. 2. P. 15. num. 4.* quos sequitur *Sporer T. 3. c. 3. num. 122.* neminem posse propriâ autoritate votum suum commutare in aliquid tantum æquale, hoc ipso enim quod hæc materia sit Voto promissa, habet honestatem objectivam Religionis, jamque censetur melior, quàm altera libera secundum se tantum æqualis: autoritatem tamen dedit DEUS
Sup-

Superioribus Ecclesiæ, quia sic expediebat ad utilitatem Fidelium, & Prælati in Ecclesia, inquit *S. Thomas 2.2. q. 88. art. 12. in O.* gerit vicem Dei, *Apostolus 2. ad Corinth. 2. v. 10.* ait: *Quod donavi, si quid donavi, propter vos in nomine Christi.*

523 §. 15. Ut materia voti propriâ authoritate commutari possit in aliam tantum probabiliter meliorem, requirunt *Suar. Sanch. & Castrop.* certitudinem, quod ad minimum sit æqualis, sed *Ills. n. 4.* id non requirit, dicens, uti secundum probabilem sententiam alia Præcepta ad plus non obligantur, quàm ut eis probabiliter satisfaciam, secundum dicta *L. 1. n. 600.* ita & hic esse.

524 §. 16. Commutatio absque ulla causa etiam à Superiore facta in rem æqualem videtur esse invalida, *Suar. Castrop. P. 17. n. 4. & alii.* Ratio est, quod procedit à non habente potestatem, DEUS enim nemini dedit potestatem remittendi obligationem aliquam absque causa, quia talis concessio esset irrationabilis; si tamen Superior bonâ fide processerit, putans esse causam, commutatio valet, uti tenent iidem Authores cum *Diana in Summa V. Votum. n. 48.* quia ipsa bona fides Superioris sufficit pro causa, nec DEUS credi debet in hoc esse rigidior exactor: addit *Sanchez apud Dianam P. 1. T. 16. R. 8.* peccaturum tantum venialiter, qui sine causa commutaret in aliquid æquale.

525 §. 17. In Jubilæo sufficit causa, ob quam Papa dat facultatem commutandi, estque ordinatio generalis causa boni communis, quæ sufficit ad commutationem æqualem, *Suar. c. 19. num. 19. Sanch. c. 50. num. 19. Gob. & alii cum Belleg. Quæst. 1.* Etiam extra Jubilæum pro commutatione in rem æqualem sufficit causa levis, uti habet commutatio cum *Castrop. P. 15. num. 8, v. g. si commutatio ardente*

petatur, cum spe majoris fervoris & fructus in executione materiæ subrogandæ: consentit *Dian.* supra cum aliis, hinc *Suar.* L. 6. c. 20. num. 7. dicit moraliter hic nunquam deesse causam.

§. 18. Si commutatio fiat in minus à non habente ⁵²⁶ potestatem dispensandi, *Sanch. Dian. Tamb.* §. 5. n. 9. *Belleg.* q. 3. dicunt esse probabile, quod valeat, sed remanere obligationem supplendi id, quod deest ad æqualitatem; è contrà *Suar. Navar. Az. Castrop.* P. 17. n. 2. *Illsung* n. 155. aliique multi probabilius dicunt, quod commutatio sine ulla causa in aliquid minus sit invalida, quia potestas sic commutandi non est data à Deo, nec DEUS acceptat, quod minus est: imò nec quod de se est tantum æquale, quando nulla est causa sic commutandi, quia nunc re ipsa est inæquale & minus, uti n. 522. dictum est: hinc concludit *Illsung* n. 153. quando Authores dicunt posse Vota per auctoritatem Superioris commutari in paulò minus, intelligi de opere, quod adhuc moralem æqualitatem habeat, hinc etiam *Belleg.* addit valere talem commutationem, dummodo id, quod substituitur, non sit notabiliter minus.

§. 19. *Med. Lesf.* aliique apud *Dian.* in Comp. ⁵²⁷ V. *Votum* num. 51. dicunt Regulares probabiliter posse commutare in quid minus, sed nullibi lego illud privilegium. *Gob. & alii* apud *Dianam* P. 2. T. 16. R. 8. putant tempore Jubilæi fieri posse in rem certò minus bonam, quia ipsa opera ad Jubilæum lucrandum requisita dici possunt venire in partem operum substituendorum, quod non videtur improbabile: de cetero satis certum est, & norant omnes, sufficere æqualitatem moralem & bonâ fide existimatam, nimis enim difficile & moraliter impossibile est mathematicè attingere æqualitatē.

§. 20.

- 528 §. 20. Commutatio à priori facta in aliquo quod videtur esse minus, non facile improbe debet à posteriori Confessario, sed potius presumendum habuisse causam: Et sententia aliorum apud *Laym. L. 4. T. 4. c. 8. n. 24.* docentium id licitum aut saltem validè fieri, probabilis est, inquit *Lohm.*
- 529 §. 21. Exempla commutationum in aliquo æquale videri debent apud *Tambur. §. 6. à num. Gob. de Jubil. à num. 324. Sporer à num. 126. Lohm.* & alios passim: ac inter reliqua advertendum an prima materia voti sit multum utilis ad finem quem habuit vovens, si enim nunc sit minus utilis, facilius attingetur æqualitas.
- 530 §. 22. Quamvis non peccaret, qui votum commutaret sub aliqua conditione de futuro, tamen melius est absolutè commutare vel differtur commutationem, *Suar. c. 16. num. 10. Gob. num. 29. Belleg. Quæst. 6.*
- 531 §. 23. Potestatem commutandi Vota non reservata dedit Confessariis Societatis JESU *Paulus III.* in Bulla, *Dilecti Filii* 5. Junii 1546, & consequentes eandem habent alii Religiosi, qui cum illi gaudent communicatione privilegiorum.
- 532 Q. 129. *An Votum factum in favorem tertii possit commutari. R. §. I.* Nec commutari potest nec dispensari, si hoc cederet in præjudicium tertii, tum autem cederet in præjudicium tertii, si esset contra Jus à tertio acquisitum, uti si ille tertius promissionem in voto inclusam & non injustè extortam acceptasset, jamque non consentiret in commutationem voti: Si tamen vovens fuerit impubes, posset irritari secundum dicta num. 450 & rectè notat *Lesf. de Just. L. 2. c. 17. n. 51.*
- 533 §. 2. Si tertio non sit Jus acquisitum, tum si non acceptaverit promissionem, quamvis votum factum